CHRONOLOGIÆ
DANIELIS ANGE-
LOCRATORIS CORBA-
CHIENSIS PRODROMUS.

*Convenit hic, amice Lector, hiſtoriæ profanæ
cum ſacra in tempore, quod hactenus do-
ctiſsimis plerisq; deſperatum eſt.*

REFUTATUR HIC ETIAM ET
SOLIDE ET AMICE TRACTATUS CHRO-
nologicus D. Thaddæi Duni Locarnenſis, apud Tiguri-
rinos Chriſti exſulis, de tempore habitationis filio-
rum Iſrael in Aegypto..

5.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM.

DANIEL.

*Sit nomen Domini benedictum in ſecula mille,
Ipſius namq; eſt ſapientia, robora, virtus:
Ipſe vices anni tempeſtatesq; reducit:
Ipſe creat reges, & reges abrogat ipſe:
Prudens & ſapiens ipſo illuſtrante coruſcant.
Ipſe profunda ruit, veriq; recludit abyſſum:
Ipſe fugat tenebras penetranti lumine orbe,
Regia quippe domus lux invariabilis ipſi.*

HAMBURGI.
Ex Officina Binderiana, Per Philippum
de Ohr, Sumptibus Auctoris.
ANNO M. D. XCVII.

Nobiliſsimis, à DEO prognatis, ſanctis, amatis, dilectis, vitii oſoribus, virtutis tenacibus, ad fraternum mutuumq́; amorem proclivibus, ſtudio impigris, animo ferventibus, tempori ſervientibus, fide ſtantibus, ſpe gaudentibus, capita attollentibus, in adverſis patientibus, in precibus aſsiduis, Chriſti onus leve ſubeuntibus, & jugum commodum ferentibus, & animis ſuis requiem, quam nec oculus hominis vidit, nec auris audivit, nec animus cogitavit, nobis autem Dei ſpiritus patefecit, invenientibus

CHRISTIANIS

FRATRIBUS SUIS IN MUNDO DESPECTIS, IN CHRIſto electis, oſculo ſancto ſalutans dedicat,

Daniel Angelocrator poſt annum peregrinationis ſuæ ter novenum, Chriſti nati 1597. Stada Saxonum diſceſſurus.

ame

anni	ad	diluvium
1656	1656	1656
Secundum ſ. literas.	per regnum Aſsyriæ.	per regna Trojanum, Latinũ, & Romanum.
Ad Abrahamum natum—292. *Ad Abrah. vocatum—75.* *Servitus—430.* *Ad templi Salomonis fundationem—480.* *Ad deſtructionem 440.* *Deſolatio—70.* *ad initium hebdomadum Danielis—50.* *Hebdomades Danielis cum ſuis Iubilæis ad Chriſtum baptiſatum 500.*	*Ad Nimrodum cognomento Saturnum regni Aſsyrij conditorem 130.* *Ad dichotomiam 1353.* *In bipartito utrinq; regnatum ad Balt Aſſarem interfectum 304.* *Ad Chriſtum baptiſatum 550.*	*Ad regnum Trojanum 828.* *Stetit ad excidium 297.* *Per regnum Latinum ad conditam Romam 431.* *Ad baptiſatum Chriſtum 781.*
	facit	
3993.	3993	3993

Hoc anno Chriſti milleſimo qvingenteſimo nonageſimo ſeptimo elapſi ſunt anni à Chriſto baptiſato:

1567.

facit annum mundi

5560.

Veni Domine Ieſu veni.

Velim, ais amice Lector, ſingulos hujus Chronologiæ mihi terminos probari. Id qvidem ago: Potuiſti autem in ſcripturæ ſacræ finibus terminos obſervare novem.

A 3 TER-

TERMINUS I.

A condito mundo ad diluvium effluxiſſe annos 1656. probatur ſic.

Gen. 5.	*Adam genuit Sethum anno*	130.
	Sethus Enoſſum anno	105.
	Enoſſus Kenanem	90.
	Kenan Mahalaleelem	70.
	Mahalaleel Iaredum	65.
	Iaredus Henochum	162.
	Henochus Methuſalemum	65.
	Methuſal. Lamechum	187.
	Lamechus Noëum	182.
Gen. 7.	*Diluvium factum anno Noëi*	600.
	facit	1656.

TERMINUS II.

A diluvio ad Abrahamum natum annos fuiſſe 292. probatur ſic:

Gen. 11.	*A diluvio ad Arphaxad. natum anni fuerunt*	2.
	Arphaxad genuit Sala anno	35.
	Sala Eberum	30.
	Eberus Pelegum	34.
	Pelegus Reguem	30.
	Reguis Serugum	32.
	Serugus Nahorem	30.
	Nahor Thara	29.
	Thara Abrahamum	70.
	facit	292.

Qvia

Qvia verò Stephanus protomartyr Abrahamum poſt mortem patris in Chanaan translatum dicit, oritur hic controverſia. Object. Act.7.
Colligunt enim inde nonnulli non ſeptuageſimo ſed centeſimo trigeſimo anno Thare natum Abrahamum, annis videlicet 60. poſt: & primogenitum illius non fuiſſe, ſiqvidem qvum ex Charris migraret in Chanaan, annorum erat 75. qui ſubducti à 205. annis Tharæ relinqvunt 130. Nahorem autem & Aram natos putant multo ante, qvia Thara generare cœperit anno ætatis ſeptuageſimo. D. Thaddæus Dunus Stephanum qvidem erroris, Reſp.1. ut alij temerarij, inſimulare non audet, abeſſe jubet: ſed neq; illis aſſentitur, qvi Abrahamum anno patris centeſimo trigeſimo natum putant. Qvid igitur? Audiamus ipſum:

Qvæſtionis ſolutionem conſiſtere arbitror in vera verbi Admonitione ſecunda. *tranſtulit* (qvo Stephanus uſus eſt) intelligentia. Verbum enim illud non ſic accipere debemus, qvaſi poſt mortem patris demum Deus Abrahamum eduxerit ex Charris (ubi cum patre aliqvandiu habitavit) ſed hoc potius conſiderare, qvòd Stephanus rerum præcipuarum capita ab Abrahamo ad Chriſtum breviſſimè perſtringat & verbum *tranſtulit* non ad tempus exitus ex Charris, ſed ad ultima vitæ Abrahami tempora referat, qvando poſt multas variaſq; peregrinationes (dum huc & illuc diu oberrauit) firmam ſedem tandem collocavit in Hebron terræ Chanaan, ubi ad mortem uſq; vixit cum ſuo Iſaaco & Iacobo qvoq; ad annum ætatis ejus decimum qvintum. Qua in terra licet totam ſe ei daturum pollicitus eſſet Deus, ne pedis qvidem veſtigium poſſederit. Mortis verò Tharæ mentionem fecit Stephanus, non quia antè in Chanaan non iverit Abraham, ſed qvia vivente patre alligatus qvodammodo eſſet filius paternæ domui (vir enim pius erat Abraham, & erga ſuos benè affectus, ut patris & cognatorum obliviſci non poſſet nec deberet) paternamq; hæreditatem expectaret, atq; Charras aliqvando (ut credibile eſt, tametſi ſcriptum non ſit) grandævi patris ſalutandi gratia ſe contuliſſet. Qvamdiu enim vivebat ille (vixit autem annis multis in Meſopotamia) non poterat filius pius non eſſe ſolicitus propter eum ætate gravem, ut vel animo ſaltem ſive deſiderio, vel animo ſimul & corpore illuc proficiſceretur,

ſuamq́ erga illum pietatem teſtatam faceret,& officia atq; obſeqvia ei præſtaret qvæ poſſet omnia. Mortuo verò illo liber & ſolutus Charris valedixit, & in ea terra qvam Deus monſtraverat & promiſerat,habitare decrevit, ſubſtantia omni ſua eò tranſlata. Hæc Dunus. Ego qvæſtionis ſolutionem conſiſtere arbitror in voce μετὰ qvæ non ſignificat hoc loco *poſt*, ſed *circa* vel *ſub*, ut ſit ſenſus: qvòd ſub mortem patris vel circa mortem, hoc eſt,ingraveſcente ætate ejus profectus ſit. Ita Matthæus Evangeliſta Salathielem pòſt exſilium Babilonicum,dicit eſſe natum, qvod ſub exſilium fuiſſe conſtat, & Iechoniam in exſilio, qvum ante exſilium tres menſes regnarit.

Reſp.2. Vide etiam ad terminum 5. Matth.1.

TERMINUS III.

Abrahamum ex Charran in exſilium fuiſſe profectum anno ævi ſui 75.

TERMINUS IV.

Exſilium ſive ſervitutem Ægyptiam duraſſe ab eo tempore annos 430.

QVæſtionem hanc de tempore peregrinationis filiorum Iſraëlis in Aegypto,negotij plurimum exhibuiſſe veteribus ſacrarum literarum interpretibus Hebræis ſimul & Chriſtianis, & hodie qvoq; exhibere argumentum idem tractantibus cum Thaddæo Duno Locarnenſi, Medicinæ Doctore & Chriſti exſule agnoſco. Cauſſam etiam hujus difficultatis accepto, qvod parum in ſcripturis veteris & novi teſtamenti verſati locos inter ſe committant,& dum imprudenter erigere ſe conantur,in Sionis lapides impingant.Et certè ignorantiam cum Hieronymo ingenuè fateri præſtitiſſet,qvam aliqvid comminiſci & fingere ad expeditionem. Qvamobrem etiam , ſi commoda locorum expoſitio,ſi congruens ſi ſcripturæ conſentanea, ſi pietati fideiq́ nihil detrahens,ſi abſurdi nihil continens inventa fuerit temporum ſupputatio: procul omni dubio Eccleſiæ Chriſti utiliſsima erit,& Dei gloriam in primis illuſtrabit. Conſenſus enim,concentus & harmonia ſcripturarum animos noſtros mirum in modum confirmat,fidem roborat,ſpem ſemper virentem conſervat,

& ad Deum laudandum gratiasq; illi augendas movet, & excitat. Fateor expertus. Porrò ſcripturarum locos, qvi diſceptationem hanc pariant, D. Dunus ponit hos qvatuor:

Et dixit ad Abram: Sciendo ſcias, quòd peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & ſervient illis, affligentq; eos annis 400. Gen. 15.

Loqvutus eſt autem ita Deus: Erit ſemen tuum inquilinum in terra aliena, ubi ſervituti ſubijcietur & malis premetur annis 400. Actor. 7.

Habitatio verò filiorum Iſraël, qva habitaverunt in Ægypto, fuit annorum 430. Exod. 12.

Hoc autem dico: διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς χριστὸν lex, quæ poſt annos 430. cœpit, non facit irritam, ut aboleat promiſſionem. Alium locum Exodi 6. ſibi difficillimum differt in gradum 34. & ſeqq. Ad Gal. 3.

Interpretibus locum ad Galatas non rectè intellectum & propterea reliqvos magno cum eccleſiæ damno corruptos conqveritur. Idipſum improbo ego & improbaturus ſum. Tum noſtros theologos verba illa Apoſtoli διαθήκην προκεκυρωμένην non conſideraſſe, ſed ad ea quæ ſupra de promiſſione dicta ſunt, animum convertiſſe & ſupputationem à promiſſione initio facto inchoaſſe, & ad legis promulgationem perduxiſſe pronunciat, & huc adductos, qvod promiſſionem & promiſſionis confirmationem idem eſſe arbitrati fuerint. Hîc erat Dominus Doctor, qvum verba illa non rectè conſiderarit ipſe. Nec enim Apoſtolus dicit: poſt promiſſionis confirmationem, ſed: poſt promiſſionem confirmatam. Terminus igitur à qvo, manet promiſſio non promiſſionis confirmatio, qvæ qvidem (niſi intelligatur circumciſio, qvod pro Doctore non faciet) qvo tempore facta ſit, in ſcriptura non definitur. Propriè namq; loqvendo urbs condita & urbis conditio unum non ſunt, ſed per translationem interdum ſolùm. Ergo neceſſaria non eſt illatio. Atq; ut videas nominibus in adſignificato tempore convenire non ſemper eſſe neceſſe: Annon rectè diceretur: ab artifice iſto nato qvadraginta elapſi ſunt anni: unde tamen non rectè inferretur, qvòd is eo qvo naſcebatur tempore fuerit artifex; nemo enim naſcitur artifex. Aliud: Poſt legem

urbs condita.

Artifex natus.

Lex dã- nans. gem antè damnantem anno milleſimò, qvingenteſimo, qvadrageſimo tertio gratia & veritas per Ieſum Chriſtum cœpit. Rectè dicitur, nec improbari à qvoqvam poteſt. Accedat autem abſurda & falſa D. Duni interpretatio (pace ejus pro veritate agàm)ut ſit: poſt legis damnationem,& abſurda falſaq; erit propoſitio. Lex enim per Moſem data,qvia per carnem noſtram eſt infirmata, ſemper eſt damnans, ſeu in actu primo damnationis,& ita gratia & veritas per I. Chr. facta nunqvam fuerit,qvod abſit, aut, qvod æqvè falſum, ſtatim cum legis promulgatione. Ita ſi dicam:Ioannes Baptiſta ante(intellige ſecundùm humanam

Filius Dei dilectus. naturam)filium Dei dilectum venit, etiamſi filius Dei(ſecundùm divinam naturam) prior illo fuerit. Viden',venerande ſenex, hoc rectè dici: ante filium dilectum, & non rectè tibi intellectum iri: ante filij dilectionem. Hoc enim poſito Ioannes ante æternitatem venerit,qvod eſt falſiſsimum: dilectus enim patri fuit filius ante omnia ſecula. Hoc autem dico, ut ſenſus verborum Pauli

Homines electi. magis eluceſcat:Homines antè à Deo in Chriſtò electos lex, qvæ poſt annos 2453. cœpit,non damnat,ut aboleat eos. hoceſt: lex poſt 2453.annos (honos habitus ſit Latinis auribùs) fiens ſcilicet poſt homines(non a b eo tempore qvo ſunt electi, non ab hominum electione, qvæ ante jacta mundi fundamenta,facta eſt, & de cujus termino non qværitur,ſed)ex qvo fuerunt,ex qvo tempore nati ſunt,non damnat.

Verſu 15. 16. & 17. Qvid multis? videamus argumentum Pauli: Hominis licet teſtamentum, tamen (ſi ſit comprobatum) nemo rejicit, aut addit aliqvid. Ergo multo minus Dei pactum cum Abrahamo (qvum ſit ante comprobatum à Deo per Chriſtum) lex qvæ poſt annos 430. cœpit,irritum faciet, ut abroget promiſsionem. Intelligis voce *comprobatum* non ſtatui terminum à qvo cœperit lex: ſed rationem reddi, cur pactum aboleri non poſsit, poſt qvod annis 430.lex cœperit. Qvod autem pactum ſimpliciter reſpiciat, apparet etiam hinc qvod repetit; ut aboleat promiſsionem.

In gradum 3. Porrò commemorat D. Dunus primùm, qvoad locum Geneſis & Actorum de annis 400. qvod pleriq; omnes annalium ſcriptores atq; theologi cenſeant,numerandos illos omnino non

eſſe

eſſe ab ingreſſu Iacobi & filiorum in Aegyptum: ſed à prima peregrinatione Abrahami vel potius à nativitate Iſaaci uſqve ad exitum ex Aegyto, qvia tempus habitationis in Aegypto fuerit annorum tantummodo 210. A nativitate verò Iſaaci ad exitum ex Aegypto annos computari ipſis 400. Deinde autem iccirco ſcripturæ interpretibus Dei oraculum evacuari, Stephani teſtimonium flocci fieri, & Exodi locum falſitatis argui, qvorum eos omnium inſimulat D. Dunus, ego non dixerim. Statuo ego numerum qvadringentorum eſſe non definitum ſed deſcriptum, cujus exēpla in ſcriptura occurrunt non pauca. Non enim mihi Iudæorum opinio placet, qvi vt ab Iſaaco nato præciſè 400. annos numerent, ſeptuageſimo ætatis Abrahamum exſilium iniiſſe magnô conſenſu tradere dicuntur, qvando antea ex Ure Chaldæorum profectum volunt. Poſſet qvidem illud qvinqvennium in Abrahami ætate præoccupatum intermitti in interſtitio qvod eſt inter Ioſephum mortuum & Moſem natum, qvia non definitur in ſacris literis. Ita ſervitutis idem totus haberetur, at in ætate mundi qvinqvennium interfieret. Ego verò potius facio cum Philone, qvi & ipſe fuit Iudæus, Chriſti coætaneus, Petri familiaris & computator accuratus. Numerat is ab Abrahamo nato ad Moſem natum annos 425. Et per conſeqvens incipit ſervitutem ab Abrahami 75. Subducantur enim 75. Abrahami, & addantur 80 Moſis, & erit res manifeſta. Eadem eſt Ioſephi de jud. antiq. computatio, ut infra dicetur.

Qvin potius cum Scriptura ſ. facio, qvæ ſine dubio propterea exprimit numerum 75. in eoq; apertæ vocationis mentionem facit, ut inde fiat initium. Verum eſt tamen ſi Iudæorum opinio obtineat, qvod anni 400. ab Iſaaco nato præciſè numerentur ad exitum. Itaq; à deſcenſu Iacobi in Aegyptum ad exodum filiorum mihi ſunt anni ducenti, qvindecim. Sed unde hoc habeo? Non certè tam à Iudæis, ut autumat D. Dunus, qvàm ab ipſo D. Paulo qvi ſupputat à promiſsione ad legem h. e. exitum annos 430. Nam ab anno ævi Abrahami, qvando vocatio & promiſsio facta eſt, ſeptuageſimo qvinto ad Iſaacum natum anni ſunt 25. ab Iſaaco ad Iacobum 60. à Iacobo ad deſcenſum ſuum 130. qvi faciunt 215. Ergo ad complendam

B ſummam

Nimrodus à diis translatus dicitur, ut ędificatam turrim complere neqviverit. Ita ſpatio annorum 186. multiplicaverunt 4. viri ſobolem in eam multitudinem, ut omnes terræ fines occupaverint. Num ergo tibi Chriſtiano mirum adhuc videbitur, ſi 70. viri ſpatio annorum 215. procreverunt 600000? Audi S. Spiritum, qvo protomartyr erat plenus: Qvum autem appropinqvaret tempus promiſsionis, de qva juraverat Deus Abrahamo, crevit populus & multiplicatus eſt in Aegypto, donec exortus eſt alius rex qvi non noverat Ioſephum. Agnoſcin' ex ore Dei, qvod inſtante demum promiſsi tempore creverit populus? Qvid ergo tibi fœtura numerum populi ſupplere non potuit intra annos 215? Audi qvo majorem femina non peperit, dicentem infidelibus: qvod poſsit Deus de lapidibus coram ſe projectis ſuſcitare filios Abrahamo. At, inqvis, de miraculis non eſt ſermo. Ain' verò tu? qvomodo qvæſo miracula non inibunt hanc rationem, qvum in ea tantopere prædicetur Abrahami fides, ut imputatio ei juſtitiæ aſcribatur, qvum fides evidentia ſit rerum non apparentium & à naturali cauſarum connexione remotarum? Annon etiam expreſsè dicit Apoſtolus: qvod propterea ex uno geniti ſint & qvidem emortuo, multitudine tanqvam aſtra cœli, & qvaſi arenā, qvę eſt juxta marginem maris, innumerabilis? Qvicqvid ſit, demonſtrabo ego tibi, intra 215. excreſcere non præter naturā potuiſſe 70. illos viros vel in milletuplo majorem numerum qvàm qvi in Exodo exprimitur. Iacob intra 45. annos ex computatione Melanchthonis, Funccii & Muſculi ante deſcenſum multiplicatus eſt in 70. Numerum illum temporis 45. diſpertiam in tres qvindenarios ita ut Iacob ab initio primi ad medium ſecundi procrearit denos filios. Deni filii à medio ſecundi ad finem tertii ſenos. Hi duo facti totum in deſcenſu faciunt 70. Inductio talis eſt:

Act. 7.

Luc. 3.

Iacob. 1. *10*	*15.*	*15.*
1. factus 10. *6.*	*15.*	*30.*
	15.	*45.*

2. fact. 60. Additio factorum facit 70.

Ex hoc principio pergam deducere, in qvotum numerum illi 70. potuerint augeri uſq; ad exitum ſecundùm hanc proportionem. Neqve tamen alterius denos & ſenos,ſed omnibus pariter tantum ſenos tribuam.

7 0	15	15
1. *factus* 6	15	30
4 2 0		
2. *fact.* 6	15	45
2 5 2 0	15	60
3. *fact.* 6	15	75
1 5 1 2 0		
4. *fact.* 6	15	90
9 0 7 2 0	15	105
5. *fact.* 6	15	120
5 4 4 3 2 0		
6. *fact.* 6	15	135
3 2 6 5 9 2 0	15	150
7. *fact.* 6	15	165
1 9 5 9 5 5 2 0		
8. *fact.* 6	15	180
1 1 7 5 7 3 1 2 0	15	195
9. *fact.* 6	15	210
7 0 5 4 3 8 7 2 0		
10. *fact.* 2	5	215
1 4 1 0 8 7 7 4 4 0	*Totus 10. factorum cum multiplicando*	
2 2 5 7 4 0 3 8 9 0		

Totius qvatuor partes ſunto mortuæ,qvinta ſuperſtes: qvod tamen non debeo:tot enim ante deſcenſum mortui,qvot in habitatione,ſecundùm proportionem.

2 34
2257403890 (451480778
5555555555

Qvintæ

Qvintæ partis octava pars ſunto viri belli:

324   2.4.
451480778 (56,435,093.
88888888

Qvòd ſi ergo principium tibi naturale, & hæc inde deducta ita ſint oportet. Verùm affers rationes tu, qvibus adductus cum aliis non cenſeas intra alterum Iacobææ ſervitutis in Meſopotamia ſeptennium filios ſibi ſuos ad unum Benjaminem procreatos omnes. Parum ergo abeſt qvin tecum plures procreationis annos ſtatuam, & alias etiam præter tuas habeo rationes. Certò tamen tibi tempus non definietur. Profers autem ſex annos admodum ſervitutis, & octo habitationis Ioſephi in Aegypto ante deſcenſum patris viginti duobus impingis. Octo Ioſephi, qvos probare tu non potes & ego ex ſcriptura improbabo, potius adderem ſex illis tujs ſervitutis paternæ, ita ut Iacob in univerſum 4. hebdomadas ſervierit. Qvia verò, uſq; dum mihi Dei ſpiritus majorem hujus rei intelligentiam dederit, nihil certi concludere habeo, in medio jam nunc temporis relinqvo. Faciamus interim ſecundùm te, multiplicatio 7. in 70. facta ſit annis 60. ita ut Iacob intra 30. denos, deni intra 30. ſenos tulerint; nihilominus tamen, imò ſatis ſuperiusq; multo inveniemus in egreſſu. Inductio talis eſt:

70		
6	30	30
420		
6	30	60
2520		
6	30	90
15120		
6	30	120
90720		
6	30	150
544320		
6	30	180
3265920		
6	30	210
19595520		
1	5.	215
19595520		

4 3 1 1 0 1 3 0 *
5 5 5 5 5 5 5
6 6 4 2
* (8 6 2 2 0 2 6
8 8 8 8 8 8 8 (1 0 7 7 7 5 3.

Hæc eſto octava pars videlicet viri belli qvintæ partis ſuperſtitis.

In gradum 5. Locum ergo ad Galatas non malè accipientes, neq; reliqvos duos in Geneſi & Actis depravantes computamus numerum à Paulo poſitū à prima peregrinatione Abrahami, qvemadmodū modum in gradū 3. inductio facta eſt. Et cōcludimus qvod populus Hebræus à deſcēſu Iacobi habitarit in Aegypto annis 215. Neque tamen, ut videmur D. Thaddæo, propterea tum divinum

Exod

Exod.12.oraculum,tum Stephani teſtimonium Act. 7. nihili facimus. Qvod enim filiorum Iſraëlis in Aegypto habitatio ibi fuiſſe dicitur annorum 430, Primum in nomine Aegypto eſt denominatio à potiori parte, quòd maxima peregrinationis pars fuerit ibi conſumpta. Deinde ſimilis eſt denominatio in filiis Iſraëlis. Sed qvid? ohe mei theologi! nonnè etiam filii Iſraël habitaverunt in Aegypto,poſtqvam Abrahamus fame compulſus eò deſcendit? nonnè Levi decimatus eſt, qvum adhuc eſſet in lumbis patris, qvando occurrebat ei Melchiſedecus? Et haud abſimili ratione Abrahamus, Iſaacus,& Iacobus egreſsi cum ſuis ſunt nepotibus ex Aegypto in terram ſibi ſingulis & omnibus promiſſam. Memor enim Deus in ſeculum fuit teſtamenti ſui:verbi qvod mandavit in mille generationes. Qvod diſpoſuit ad Abraham, & juramenti ſui ad Iſaac,& ſtatuit illud Iacobo in præceptum, & Iſraëli in teſtamentum æternum,Dicens:Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis veſtræ. Qvum eſſent viri numero pauciſsimi & peregrini in ea. Et pertranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum:Non permiſit hominem nocere eis,& corripuit pro eis reges. Nolite tangere Chriſtos meos, & prophetis meis nolite malefacere. Videtiſnè qvòd in ſingulis conſiderentur omnes, & in omnibus ſinguli? Hæc non obſcura,ſed clara ſunt:nullam hic cernere eſt contradictionem, nullam falſitatem, nullum errorem. Locus exponitur unus, ut reliqvis non fiat injuria, & numerus qvomodolibet inventus non eſt. Nunqvid etiamnum D. D. negas? numqvid etiamnum taces? Aſcendam, liceat, tecum in gradum tuum vigeſimum. Qvia verò tu grandævus es annos tuos 72. meis 27. compone,ut alter alterius onus ſublevet.

In gradum 4.

Gen. 12.

Hebr. 7.

Pſal. 105.

Ergo age,care pater cervici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte gravabit.
Una ſalus ambobus erit, mea maxima cura,
Cantantes licitum eſt,minus ut via lædat,eamus.

Aſcendimus autem: audi jam te convincentem. Deus, inqvis, ſe peculiariter (qvaſi privilegio qvodam ſeu prærogativa) vocat Deum Abrahami,Iſaaci & Iacobi. Iccirco Gen. 35. ait Dominus ipſi Iacobo: Terram qvā dedi Abrahamo & Iſaaco,dabo tibi & ſemini tuo poſt te Et Gen. 48. ait Iacob, Et invocetur in eis nomen meum & nomen

& nomen patrum meorum Abrahami & Iſaaci. & ad Hebr. *11.* Iſaac & Iacob promiſsionis ejuſdem cohæredes dicuntur. Solum qvidem Abrahamum nominat Paulus tanqvam caput & principem totius generis μετωνυμικῶς filius tamen & nepos ſubintelliguntur. Ideo in Ioſuæ loco (cap. 21. v. *45.* ubi dicitur non cecidiſſe verbum ullum ex omni verbo bono, qvod loqvutus fuerat Iehova domui Iſraël, ſed eveniſſe omnia) & alibi ſæpius videmus nominari domum Iſraël, nō domum Abrahami aut Iſaaci (& Hebræi vocati ſunt Iſraëlitæ non Abrahamitæ, Hebræorumqꝫ ſtemmata, tribus, nomina, dignitates, & omnis ſplendor in domo Iſraëlitis cœpit) Abraham tamen & Iſaac ibi compræhenduntur, ſunt enim qvaſi unum tres illi promiſsionum hæredes inſtituti. Qvamobrem multis in ſcripturæ locis conjunguntur, ſimulqꝫ nominantur Abraham, Iſaac, Iacob, præcipuè ubi de fœdere cum ipſis inito agitur. Exod. 11. Et audivit Deus clamorem eorum, & recordatus eſt pacti ſui cum Abrahamo, Iſaaco & Iacobo. Et cap. *3.* & *6.* aliqvoties formula illa repetitur. Et cap. 32. Recordare Abraham, Iſaac & Iacob ſervorum tuorum, qvibus juraſti per te ipſum & dixiſti eis: multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli, & totam terram iſtam, qvam dixi, dabo ſemini veſtro. Et cap. *33.* Et loqvutus eſt Dominus ad Moſem: Vade in terram, de qva Juravi ipſi Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo, dicendo: ſemini tuo dabo eam. Obſervandum, qvòd modò ſemini veſtro dicit, modò ſemini tuo, qvia ſunt veluti unus homo. Audiviſti hactenus te, Domine Doctor. Qvocirca ut expoſitionem ſupputationemqꝫ in Exodo tuam aggrediar, ante omnia illud moneo & affirmo locum Geneſis & Actorum (ut & Exodi) accipiendos non eſſe propriè de poſteris tantum Abrahami ſive de filiis Iſrael & de annis 400. ſecundum literam. Qvæ mea ſententia cum Dei oraculo non pugnat, qvia Deus reſpexit habitationem totius domus Iſrael, qvæ & ſervitutem & afflictiones graviſſimas paſſa eſt. Ita loquitur gradu 9. ipſe D. D. ſed malè uſurpat ad computationem ſolius Ioſephi, ut eliciat annos 30. ſibi deſideratos: Qvia in domo ſeu familia non tantum minores ſed & majores cenſentur. Itaqꝫ non eſt qvòd cum ipſo ſimus ſoliciti, unde Moſes in Exodi deſcriptione 30. illos annos, qvos qvadringentis à Deo

In gradum 7.

In gradum 8.

& à Stephano notatis addidit, ſumpſerit: Præterea, qva ratione accipiendum ſit, qvòd Paulus ſcribit de annis 430. elapſis & computatis, uſqꝫ ad legis Moſaicæ promulgationem, & unde ducendi ſint, vidimus. Et his explicatis & enodatis ſummus ſcripturarum illarum quatuor concentus apparet.

Cæterùm rectè colligit D. Dunus Ioſephum ante patris deſcenſum in Aegypto fuiſſe 22. annos. Videamus autem qvomodo reliqvos octo deſideratos ſibi venetur. Inter ſeptimum annonæ vilis & interpretationem ſomnii temporis aliqvid intercesſiſſe credibile eſt ipſi: mihi verò non item, qvia credulitas illa neque Dei verbo expreſſo, neque conſeqventiæ ratione nititur. Sed contrà Ioſephus à Pharaone digreſſus annos natus 30. (tot enim habebat, qvum ante Pharaonem conſtitit) totam Aegyptum obiit, & illis ſeptem annis (quibus terra cumulatiſsimè tulit) totum Aegypti commeatum coëgit. Qvòd præterea D. Dunus ſeptennem famè in Aegyptò tardiùs adfuiſſe conjicit, qvia Ioſephus ipſis proſpexerit, & proptèrea etiam annos poſt primam ſeptimanam interponendos aliqvot dictitat (venia ſit veritati) futile eſt. Audiamus enim Ioſephum: Diſpice, Pharao, virum aliqvem ſcientem & peritũ, qvem Aegypto præficias. Tum autem facito, ut conſtitutis annonæ curatoribus qvintas in Aegypto ſeptem proximis annis uberibus legas: qvibus annis tantus frumenti numerus tuo nomine cogatur, & in oppidis conditum ſervetur, ut in alterum ſeptennium ſufficiat, & Aegyptum futura fame perniçieqꝫ defendat. Ad hæc qvia D. Dunus ignorat ex confeſſo, qvàm citò Iacobus cum ſuis iter poſt filiorum cum curribus reditum ingreſſus ſit: deſcenſum differre non debuit in alterum annum, videlicet famis tertium: Præſertim, qvum Pharao adventu fratrum Ioſephi delectatus Ioſephum invitarit, ut fratres juberet incitatis jumẽtis in Chananæam contendere & aſſumpto patre atqꝫ familiis ſuis ad ſe venire: dixeritqꝫ ſeſe cum illis Aegyptia bona communicaturum, & regionis ubertatem ad alimenta conceſſurum. Tum hoc ei mandarit, ut illis Aegyptiorum vehiculorum copiam faceret, qvibus parvuli & mulieres veherentur, & impoſitus pater adduceretur; ſupellectilem ne morarentur: nam totius Aegypti bona in eorum poteſtate futura eſſe. Porrò etiam filii Iſraelis paruiſſe

In gradum 11.

In gradum 12.

Gen. 41.

In gradum 13.

Gen. 14.

Gen. 45.

ſcribuntur. Non igitur mihi ſit veriſimile ex falſis iſtis D. Dunſ ſuſpicionibus & conjecturis,qvòd anni octo adjiciendi ſint viginti duobus habitationis Ioſephi in Aegypto. Aliâ tamen qvocꝫ via & ratione annos ſuos octo inveniri poſſe contendit: qvòd, qvum Benjamin biennio circiter Ioſepho minor decem filiis comitatus cum patre & fratribus in Aegyptum deſcenderit, abſurdū ſit eum tot filios ſuſtollere potuiſſe tantulo ætatis ſpatio; qvod tenetur ex conſeqventia, ſi Ioſephus tantùm annos *22.* in Aegypto egiſſe ſecundum nos diceretur. Atqvi vel naturali ratione (ut ſingularem Dei benedictionem Ioſepho in patre, avo, proavo promiſſam non dicam) non eſt abſurdum, triginta ſeptem annorum virum decem liberorum eſſe patrem. Tantum enim natu fuiſſe colligitur ſic: Qvum Ioſephus Pharaonis ſomnium interpretans ageret annum trigeſimum, Benjamin biennio minor fuit *28.* annorum. Adde ergo ſeptem vilitatis & duos caritatis, à qvibus cum patre deſcendit in Aegyptum,totus eſt *37.* Imò qvamvis ſeptennio minor, tamen vel ſine bigamia & bigeneſia decem filiorum pater eſſe potuiſſet,triginta duos natus. Sic itacꝫ Ioſephi venditio (qvæ incidit in annum patris *108.*) peregrinationis & habitationis in Ægypto, qvæ duravit annos *430.* initium non fuerit, nec excludi poſſūt Abrahę *25.* Iſaaci *60.* Iacobi *130.* qvi efficiunt *215* annos,eò ut deinceps calculo annorū mūdi à me poſito adjiciantur.

In gradum 14.

Gen. 46.

In gradum 24. Qvi tempus habitationis domus Iacobi in Aegypto ab ejus deſcenſu,ut ego, annis *215.* definiunt,Ioſephum de antiq. Iud. lib. *2.* cap. *6.* fautorem habent: necꝫ ille falsò (qvia cum Paulo) computat annos *430.* ab Abrahami profectione inChananæam uſcꝫ ad exitum ex Aegypto. Verba ejus ſunt hæc: Reliqverunt Aegyptum menſe xanthico, luna qvartadecima, anno *430.* poſtqvam Abraham pater noſter in Chananæam venit & poſt Iacobi migrationem in Aegyptum anno *215.* Moſes verò annum tunc agebat *80.* & frater ejus Aaron triennio erat major. Deinde Ioſephus ſibi conſtat,necꝫ ut D.Duno videtur,contradictoria ſcribit Antiq. Iud. lib. *2.* cap. *5.* ubi hæc habet. Qvum enim Ioſephi beneficiorum memoriam tempus obliteraſſet, regnumcꝫ Aegypti in aliam familiam demigraſſet, inhumanè tractabant Iſraëlitas, & variis laboribus atterebant. Nam & flumen in multas foſſas diducere ſunt juſsi & mœnia exædificare, & aggeres exſtruere, qvibus inunda-

tiones fluminis arcerentur. Pyramidum etiam inſanis ſubſtructionibus vexabant gentem noſtram, cogendo varias artes ediſcere, & laboribus ferendis aſſveſcere. Atq; in hunc modum per 400, annos fuit laboratum, Aegyptiis id agentibus ut nimio labore Iſraëlitas perderent, noſtris contrà omnes difficultates eluctari conantibus. Hæc Ioſephus qvæ conveniunt cum oraculo Gen. 15. & complementi teſtimonio Act. 7. Illa autem ſuperius citata conveniunt cum loco *Exod. 12.* & ad *Galat. 3.*

Iam nunc tandem audiamus D. Dunum contra ſe pro nobis diſſerentem: Exiſtimabam me ſuſceptæ tractationis difficultates omnes jam ſuperaſſe, & maris hujus ſcopulos & ſyrtes prænavigaſſe, ſed alia reſtat difficultas longè maxima, & fortè inſuperabilis. Lyranus in *Exod. cap. 12.* cum aliis ſentiens theologis (omnes enim qvos hactenus legerim, uno excepto Zvinglio, tam veteres qvàm recentiores, negant filios Iſraël in Aegypto fuiſſe annis 400.) ſcribit verum non eſſe qvòd Iſraëlitæ manſerint in Aegypto per annos 430. & aſſertionis ſuæ fundamentum habet optimũ ex ſexto Exodi capite, ubi anni Levi & filii ejus & nepotis memorantur, ex qvibus numerum magnum colligi non poſſe docet. Qvare habitationi Agyptiacæ aſsignat annos illos 210. de qvibus hactenus multum diſputavimus. Lyranum & Ioſephum multi ſeqvuntur. Calvinus & Muſculus ex illo Exodi loco rationes ſuas petunt, ſicut reliqvi. Nihil enim aliud vel in ſacris literis, vel in theologorum ſcriptis video, qvod me jam dubium reddat, Calvinus tamẽ in cap. 7. Actorum aliter ſentiens qvàm in cap. 15. Gen. ſic ſcribit: Continuò poſt ſubjicit abductum iri aliò ſemen illud ut alienis ſerviat: Et qvantum temporis? per annos 400. Hæc D. Dunus, & qvidem rectè: Nam Iacobus genuit Levi, hic Caath, hic Amram, hic Moſem. Iacob vixit 147. Levi 137. Caath 133 Amram 137. Moſes 120. Caath cum patre Levi & avo Iacobo deſcendit in Ægyptũ. Faciamus ergo qvod Caath (non enim definitur in ſcriptura) annos tantũ duos natus deſcenderit, legitur enim frater tertius minor deſcẽdiſſe: faciamus etiam qvod centenarius in Ægypto genuerit Amrã: Amram centenarius Moſem. Moſes, qvod certũ eſt, octogenarius Ægypto exceſsit. Tũ annos colligimus non plus 278. Qvid ergo ſe torqvet D. Dunus, & cœlitus ſibi mõſtrari petit extra verbũ

Grad. 34.

ſuamq; erga illum pietatem teſtatam faceret, & officia atq; obſeqvia ei præſtaret qvæ poſſet omnia. Mortuo verò illo liber & ſolutus Charris valedixit, & in ea terra qvam Deus monſtraverat & promiſerat, habitare decrevit, ſubſtantia omni ſua eò tranſlata. Hæc Dunus. Ego qvæſtionis ſolutionem conſiſtere arbitror in voce μετὰ qvæ non ſignificat hoc loco *poſt*, ſed *circa* vel *ſub*, ut ſit ſenſus: qvòd ſub mortem patris vel circa mortem, hoc eſt, ingraveſcente ætate ejus profectus ſit. Ita Matthæus Evangeliſta Salathielem pôſt exſilium Babilonicum dicit eſſe natum, qvod ſub exſilium fuiſſe conſtat, & Iechoniam in exſilio, qvum ante exſilium tres menſes regnarit.

Reſp. 2. Vide etiam ad terminum 5. Matth. 1.

TERMINUS III.

Abrahamum ex Charran in exſilium fuiſſe profectum anno ævi ſui 75.

TERMINUS IV.

Exſilium ſive ſervitutem Ægyptiam duraſſe ab eo tempore annos 430.

QVæſtionem hanc de tempore peregrinationis filiorum Iſraëlis in Aegypto, negotiĳ plurimum exhibuiſſe veteribus ſacrarum literarum interpretibus Hebræis ſimul & Chriſtianis, & hodie qvoq; exhibere argumentum idem tractantibus cum Thaddæo Duno Locarnenſi, Medicinæ Doctore & Chriſti exſule agnoſco. Cauſſam etiam hujus difficultatis accepto, qvod parum in ſcripturis veteris & novi teſtamenti verſati locos inter ſe committant, & dum imprudenter erigere ſe conantur, in Sionis lapides impingant. Et certè ignorantiam cum Hieronymo ingenuè fateri præſtitiſſet, qvam aliqvid comminiſci & fingere ad expeditionem. Qvamobrem etiam, ſi commoda locorum expoſitio, ſi congruens ſi ſcripturæ conſentanea, ſi pietati fideiq; nihil detrahens, ſi abſurdi nihil continens inventa fuerit temporum ſupputatio: procul omni dubio Eccleſiæ Chriſti utiliſsima erit, & Dei gloriam in primis illuſtrabit. Conſenſus enim, concentus & harmonia ſcripturarum animos noſtros mirum in modum confirmat, fidem roborat, ſpem ſemper virentem conſervat,

& ad

& ad Deum laudandum gratiasq́ illi augendas movet, & excitat. Fateor expertus. Porrò ſcripturarum locos, qvi diſceptationem hanc pariant, D. Dunus ponit hos qvatuor:

Et dixit ad Abram: Sciendo ſcias, quòd peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & ſervient illis, affligentq́ eos annis 400. Gen. 15.

Loqvutus eſt autem ita Deus: Erit ſemen tuum inquilinum in terra aliena, ubi ſervituti ſubijcietur & malis premetur annis 400. Actor. 7.

Habitatio verò filiorum Iſraël, qua habitaverunt in Ægypto, fuit annorum 430. Exod. 12.

Hoc autem dico: διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς χριστὸν lex, quæ poſt annos 430. cœpit, non facit irritam, ut aboleat promiſſionem. Ad Gal. 3. Alium locum Exodi 6. ſibi difficillimum differt in gradum 34. & ſeqq.

Interpretibus locum ad Galatas non rectè intellectum & propterea reliqvos magno cum eccleſiæ damno corruptos conqveritur. Idipſum improbo ego & improbaturus ſum. Tum noſtros theologos verba illa Apoſtoli διαθήκην προκεκυρωμένην non conſideraſſe, ſed ad ea quæ ſupra de promiſſione dicta ſunt, animum convertiſſe & ſupputationem à promiſſione initio facto inchoaſſe, & ad legis promulgationem perduxiſſe pronunciat, & huc adductos, qvod promiſſionem & promiſſionis confirmationem idem eſſe arbitrati fuerint. Hìc erat Dominus Doctor, qvum verba illa non rectè conſiderarit ipſe. Nec enim Apoſtolus dicit: poſt promiſſionis confirmationem, ſed: poſt promiſſionem confirmatam. Terminus igitur à qvo, manet promiſſio non promiſſionis confirmatio, qvæ qvidem (niſi intelligatur circumciſio, qvod pro Doctore non faciet) qvo tempore facta ſit, in ſcriptura non definitur. Propriè namq; loqvendo urbs condita & urbis conditio unum non ſunt, ſed per tranſlationem interdum ſolùm. Ergo neceſſaria non eſt illatio. Atq; ut videas nominibus in adſignificato tempore convenire non ſemper eſſe neceſſe: Annon rectè diceretur: ab artifice iſto nato qvadraginta elapſi ſunt anni: unde tamen non rectè inferretur, qvòd is eo qvo naſcebatur tempore fuerit artifex; nemo enim naſcitur artifex. Aliud: Poſt le-

urbs condita.

Artifex natus.

gem

Lex dãnans. gem antè damnantem anno milleſimo, qvingenteſimo, qvadrageſimo tertio gratia & veritas per Ieſum Chriſtum cœpit. Rectè dicitur, nec improbari à qvoqvam poteſt. Accedat autem abſurda & falſa D. Duni interpretatio (pace ejus pro veritate agàm) ut ſit: poſt legis damnationem, & abſurda falſaq; erit propoſitio. Lex enim per Moſem data, qvia per carnem noſtram eſt infirmata, ſemper eſt damnans, ſeu in actu primo damnationis, & ita gratia & veritas per I. Chr. facta nunqvam fuerit, qvod abſit, aut, qvod æqvè falſum, ſtatim cum legis promulgatione. Ita ſi dicam: Ioannes Baptiſta ante (intellige ſecundùm humanam naturam) filium Dei dilectum venit, etiamſi filius Dei (ſecundùm divinam naturam) prior illo fuerit. Viden', venerande ſenex, hoc rectè dici: ante filium dilectum, & non rectè tibi intellectum iri: ante filij dilectionem? Hoc enim poſito Ioannes ante æternitatem venerit, qvod eſt falſiſsimum: dilectus enim patri fuit filius ante omnia ſecula. Hoc autem dico, ut ſenſus verborum Pauli magis eluceſcat: Homines antè à Deo in Chriſtò electos lex, qvæ poſt annos 2453. cœpit, non damnat, ut aboleat eos. hoc eſt: lex poſt 2453. annos (honos habitus ſit Latinis auribus) fiens ſcilicet poſt homines (non ab eo tempore qvo ſunt electi, non ab hominum electione, qvæ ante jacta mundi fundamenta, facta eſt, & de cujus termino non qværitur, ſed) ex qvo fuerunt, ex qvo tempore nati ſunt, non damnat.

Filius Dei dilectus.

Homines electi.

Verſu 15. 16. & 17. Qvid multis? videamus argumentum Pauli: Hominis licet teſtamentum, tamen (ſi ſit comprobatum) nemo rejicit, aut addit aliqvid. Ergo multo minus Dei pactum cum Abrahamo (qvum ſit ante comprobatum à Deo per Chriſtum) lex qvæ poſt annos 430. cœpit, irritum faciet, ut abroget promiſsionem. Intelligis voce *comprobatum* non ſtatui terminum à qvo cœperit lex: ſed rationem reddi, cur pactum aboleri non poſsit, poſt qvod annis 430. lex cœperit. Qvod autem pactum ſimpliciter reſpiciat, apparet, etiam hinc qvod repetit; ut aboleat promiſsionem.

In gradum 3. Porrò commemorat D. Dunus primùm, qvoad locum Geneſis & Actorum de annis 400. qvod plerìq; omnes annalium ſcriptores atq; theologi cenſeant, numerandos illos omnino non

eſſe

eſſe ab ingreſſu Iacobi & filiorum in Aegyptum: ſed à prima peregrinatione Abrahami vel potius à nativitate Iſaaci uſqve ad exitum ex Aegyto, qvia tempus habitationis in Aegypto fuerit annorum tantummodo 210. A nativitate verò Iſaaci ad exitum ex Aegypto annos computari ipſis 400. Deinde autem iccirco ſcripturæ interpretibus Dei oraculum evacuari, Stephani teſtimonium flocci fieri, & Exodi locum falſitatis argui, qvorum eos omnium inſimulat D. Dunus, ego non dixerim. Statuo ego numerum qvadringentorum eſſe non definitum ſed deſcriptum, cujus exēpla in ſcriptura occurrunt non pauca. Non enim mihi Iudæorum opinio placet, qvi vt ab Iſaaco nato præcisè 400. annos numerent, ſeptuageſimo ætatis Abrahamum exſilium iniiſſe magnô conſenſu tradere dicuntur, qvando antea ex Ure Chaldæorum profectum volunt. Poſſet qvidem illud qvinqvennium in Abrahami ætate præoccupatum intermitti in interſtitio qvod eſt inter Ioſephum mortuum & Moſem natum, qvia non definitur in ſacris literis. Ita ſervitutis idem totus haberetur, at in ætate mundi qvinqvennium interfieret. Ego verò potius facio cum Philone, qvi & ipſe fuit Iudæus, Chriſti coætaneus, Petri familiaris & computator accuratus. Numerat is ab Abrahamo nato ad Moſem natum annos 425. Et per conſeqvens incipit ſervitutem ab Abrahami 75. Subducantur enim 75. Abrahami, & addantur 80 Moſis, & erit res manifeſta. Eadem eſt Ioſephi de jud. antiq. computatio, ut infra dicetur.

Qvin potius cum Scriptura ſ. facio, qvæ ſine dubio propterea exprimit numerum 75. in eoq; apertæ vocationis mentionem facit, ut inde fiat initium. Verum eſt tamen ſi Iudæorum opinio obtineat, qvod anni 400. ab Iſaaco nato præcisè numerentur ad exitum. Itaq; à deſcenſu Iacobi in Aegyptum ad exodum filiorum mihi ſunt anni ducenti, qvindecim. Sed unde hoc habeo? Non certè tam à Iudæis, ut autumat D. Dunus, qvàm ab ipſo D. Paulo qvi ſupputat à promiſsione ad legem h. e. exitum annos 430. Nam ab anno ævi Abrahami, qvando vocatio & promiſsio facta eſt, ſeptuageſimo qvinto ad Iſaacum natum anni ſunt 25. ab Iſaaco ad Iacobum 60. à Iacobo ad deſcenſum ſuum 130. qvi faciunt 215. Ergo ad complendam

Nimrodus à diis tranſlatus dicitur, ut ędificatam turrim comple-re neqviverit. Ita ſpatio annorum 186. multiplicaverunt 4. viri ſobolem in eam multitudinem, ut omnes terræ fines occupave-rint. Num ergo tibi Chriſtiano mirum adhuc videbitur, ſi 70. viri ſpatio annorum 215. procreverunt 600000? Audi S. Spiritum, qvo protomartyr erat plenus: Qvum autem appropinqvaret tempus promiſsionis, de qva juraverat Deus Abrahamo, crevit populus & multiplicatus eſt in Aegypto, donec exortus eſt alius rex qvi non noverat Ioſephum. Agnoſcin' ex ore Dei, qvod in-ſtante demum promiſsi tempore creverit populus? Qvid ergo tibi fœtura numerum populi ſupplere non potuit intra annos 215? Audi qvo majorem fœmina non peperit, dicentem infidelibus: qvod poſsit Deus de lapidibus coram ſe projectis ſuſcitare filios Abrahamo. At, inqvis, de miraculis non eſt ſermo. Ain' verò tu? qvomodo qvæſo miracula non inibunt hanc rationem, qvum in ea tantopere prædicetur Abrahami fides, ut imputatio ei juſti-tiæ aſcribatur, qvum fides evidentia ſit rerum non apparentium & à naturali cauſarum connexione remotarum? Annon etiam expreſsè dicit Apoſtolus: qvod propterea ex uno geniti ſint & qvidem emortuo, multitudine tanqvam aſtra cœli, & qvaſi a-renā, qvę eſt juxta marginem maris, innumerabilis? Qvicqvid ſit, demonſtrabo ego tibi, intra 215. excreſcere non præter naturā po-tuiſſe 70. illos viros vel in milletuplo majorem numerum qvàm qvi in Exodo exprimitur. Iacob intra 45. annos ex computatio-ne Melanchthonis, Funccii & Muſculi ante deſcenſum multipli-catus eſt in 70. Numerum illum temporis 45. diſpertiam in tres qvindenarios ita ut Iacob ab initio primi ad medium ſecundi procrearit denos filios. Deni filii à medio ſecundi ad finem tertii ſenos. Hi duo facti totum in deſcenſu faciunt 70. Inductio talis eſt:

Act. 7.

Luc. 3.

Iacob.. 1. *10*	*15.*	*15.*
1. factus 10.	*15.*	*30.*
6.	*15.*	*45.*

2. fact. 60. Additio factorum
facit 70.

Ex hoc principio pergam deducere, in qvotum numerum illi 70. potuerint augeri uſq; ad exitum ſecundùm hanc proportionem. Neqve tamen alterius denos & ſenos, ſed omnibus pariter tantum ſenos tribuam.

7 0	15	15
1. factus 6	15	30
4 2 0		
2. fact. 6	15	45
2 5 2 0	15	60
3. fact. 6	15	75
1 5 1 2 0		
4. fact. 6	15	90
9 0 7 2 0	15	105
5. fact. 6	15	120
5 4 4 3 2 0		
6. fact. 6	15	135
3 2 6 5 9 2 0	15	150
7. fact. 6	15	165
1 9 5 9 5 5 2 0		
8. fact. 6	15	180
1 1 7 5 7 3 1 2 0	15	195
9. fact. 6	15	210
7 0 5 4 3 8 7 2 0		
10. fact. 2	5	215
1 4 1 0 8 7 7 4 4 0	*Totus 10. factorum*	
2 2 5 7 4 0 3 8 9 0	*cum multiplicando*	

Totius qvatuor partes ſunto mortuæ, qvinta ſuperſtes: qvod tamen non debeo: tot enim ante deſcenſum mortui, qvot in habitatione, ſecundùm proportionem.

2 3 4
2 2 5 7 4 0 3 8 9 0 (451480778
5 5 5 5 5 5 5 5 5

Qvintæ:

Qvintæ partis octava pars ſunto viri belli:

3 2 4 2.4.

4 5 1 4 8 0 7 7 8 (56,435,093.

8 8 8 8 8 8 8 8

Qvòd ſi ergo principium tibi naturale, & hæc inde deducta ita ſint oportet. Verùm affers rationes tu, qvibus adductus cum aliis non cenſeas intra alterum Iacobææ ſervitutis in Meſopotamia ſeptennium filios ſibi ſuos ad unum Benjaminem procreatos omnes. Parum ergo abeſt qvin tecum plures procreationis annos ſtatuam, & alias etiam præter tuas habeo rationes. Certò tamen tibi tempus non definietur. Profers autem ſex annos admodum ſervitutis, & octo habitationis Ioſephi in Aegypto ante deſcenſum patris viginti duobus impingis. Octo Ioſephi, qvos probare tu non potes & ego ex ſcriptura improbabo, potius adderem ſex illis tuis ſervitutis paternæ, ita ut Iacob in univerſum 4. hebdomadas ſervierit. Qvia verò, uſq; dum mihi Dei ſpiritus majorem hujus rei intelligentiam dederit, nihil certi concludere habeo, in medio jam nunc temporis relinqvo. Faciamus interim ſecundùm te, multiplicatio 7. in 70. facta ſit annis 60. ita ut Iacob intra 30. denos, deni intra 30. ſenos tulerint; nihilominus tamen, imò ſatis ſuperiusq; multo inveniemus in egreſſu. Inductio talis eſt:

70		
6	30	30
420		
6	30	60
2520		
6	30	90
15120		
6	30	120
90720		
6	30	150
544320		
6	30	180
3265920		
6	30	210
19595520		
1	5.	215
19595520		

4 3 1 1 0 1 3 0 *
8 8 8 8 8 8 8
6 6 4 2
* (8 6 2 2 0 2 6
8 8 8 8 8 8 8(1 0 7 7 7 5 3.

Hæc eſto octava pars videlicet viri belli qvintæ partis ſuperſtitis.

In gradum 5. Locum ergo ad Galatas non malè accipientes, necꝙ reliqvos duos in Geneſi & Actis depravantes computamus numerum à Paulo poſitū à prima peregrinatione Abrahami, qvemadmodū modum in gradū 3. inductio facta eſt. Et cōcludimus qvod populus Hebræus à deſceſu Iacobi habitarit in Aegypto annis 215. Neque tamen, ut videmur D. Thaddæo, propterea tum divinum Exod

Exod.12.oraculum,tum Stephani teſtimonium Act. 7. nihili facimus. Qvod enim filiorum Iſraëlis in Aegypto habitatio ibi fuiſſe dicitur annorum 430. Primum in nomine Aegypto eſt denominatio à potiori parte, quòd maxima peregrinationis pars fuerit ibi conſumpta. Deinde ſimilis eſt denominatio in filiis Iſraëlis. Sed qvid ohe mei theologi? nonnè etiam filii Iſraël habitaverunt in Aegyto,poſtqvam Abrahamus fame compulſus eò deſcendit? nonnè Levi decimatus eſt, qvum adhuc eſſet in lumbis patris, qvando occurrebat ei Melchiſedecus? Et haud abſimili ratione Abrahamus, Iſaacus,& Iacobus egreſsi cum ſuis ſunt nepotibus ex Aegypto in terram ſibi ſingulis & omnibus promiſſam. Memor enim Deus in ſeculum fuit teſtamenti ſui:verbi qvod mandavit in mille generationes. Qvod diſpoſuit ad Abraham, & juramenti ſui ad Iſaac,& ſtatuit illud Iacobo in præceptum, & Iſraëli in teſtamentum æternum,Dicens:Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis veſtræ. Qvum eſſent viri numero pautiſsimi & peregrini in ea. Et pertranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum:Non permiſit hominem nocere eis,& corripuit pro eis reges. Nolite tangere Chriſtos meos, & prophetis meis nolite malefacere. Videtiſnè qvòd in ſingulis conſiderentur omnes, & in omnibus ſinguli:Hæc non obſcura,ſed clara ſunt:nullam hic cernere eſt contradictionem, nullam falſitatem, nullum errorem. Locus exponitur unus , ut reliqvis non fiat injuria, & numerus qvomodolibet inventus non eſt. Nunqvid etiamnum D. D. negas? numqvid etiamnum taces? Aſcendam, liceat, tecum in gradum tuum vigeſimum. Qvia verò tu grandævus es annos tuos 72.meis 17.compone,ut alter alterius onus ſublevet. In gradum 0. Gen. 12. Hebr. 7. Pſal. 105.

Ergo age, care pater cervici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte gravabit.
Una ſalus ambobus erit, mea maxima cura,
Cantantes licitum eſt,minus ut via lædat,eamus.

Aſcendimus autem:audi jam te convincentem. Deus, inqvis, ſe peculiariter (qvaſi privilegio qvodam ſeu prærogativa) vocat Deum Abrahami,Iſaaci & Iacobi. Iccirco Gen.35.ait Dominus ipſi Iacobo:Terram qva dedi Abrahamo & Iſaaco,dabo tibi & ſemini tuo poſt te.Et Gen.48.ait Iacob, Et invocetur in eis nomen meum & nomen

& nomen patrum meorum Abrahami & Iſaaci. & ad Hebr. *11.* Iſaac & Iacob promiſsionis ejuſdem cohæredes dicuntur. Solum qvidem Abrahamum nominat Paulus tanqvam caput & principem totius generis μετωνυμικῶς filius tamen & nepos ſubintelliguntur. Ideo in Ioſuæ loco (cap. 21. v. 45. ubi dicitur non cecidiſſe verbum ullum ex omni verbo bono, qvod loqvutus fuerat Iehova domui Iſraël, ſed eveniſſe omnia) & alibi ſæpius videmus nominari domum Iſraël, nō domum Abrahami aut Iſaaci (& Hebræi vocati ſunt Iſraëlitæ non Abrahamitæ, Hebræorumq́; ſtemmata, tribus, nomina, dignitates, & omnis ſplendor in domo Iſraëlitis cœpit) Abraham tamen & Iſaac ibi compræhenduntur, ſunt enim qvaſi unum tres illi promiſsionum hæredes inſtituti. Qvamobrem multis in ſcripturæ locis conjunguntur, ſimulq́; nominantur Abraham, Iſaac, Iacob, præcipuè ubi de fœdere cum ipſis inito agitur. Exod. 2. Et audivit Deus clamorem eorum, & recordatus eſt pacti ſui cum Abrahamo, Iſaaco & Iacobo. Et cap. 3. & 6. aliqvoties formula illa repetitur. Et cap. 32. Recordare Abraham, Iſaac & Iacob ſervorum tuorum, qvibus juraſti per te ipſum & dixiſti eis: multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli, & totam terram iſtam, qvam dixi, dabo ſemini veſtro. Et cap. 33. Et loqvutus eſt Dominus ad Moſem : Vade in terram, de qva Juravi ipſi Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo, dicendo: ſemini tuo dabo eam. Obſervandum, qvòd modò ſemini veſtro dicit, modò ſemini tuo, qvia ſunt veluti unus homo. Audiviſti hactenus te, Domine Doctor.

In gradum 7. Qvocirca ut expoſitionem ſupputationemq́; in Exodo tuam aggrediar, ante omnia illud moneo & affirmo locum Geneſis & Actorum (ut & Exodi) accipiendos non eſſe propriè de poſteris tantum Abrahami ſive de filiis Iſrael & de annis 400. ſecundum literam. Qvæ mea ſententia cum Dei oraculo non pugnat, qvia Deus reſpexit habitationem totius domus Iſrael, qvæ & ſervitutem. & afflictiones graviſsimas paſſa eſt.

In gradum 8. Ita loquitur gradu 9. ipſe D. D. ſed malè uſurpat ad computationem ſolius Ioſephi, ut eliciat annos 30. ſibi deſideratos: Qvia in domo ſeu familia non tantum minores ſed & majores cenſentur. Itaq́; non eſt qvòd cum ipſo ſimus ſoliciti, unde Moſes in Exodi deſcriptione 30. illos annos, qvos qvadringentis à Deo

& à

& à Stephano notatis addidit, ſumpſerit: Præterea, qva ratione accipiendum ſit, qvòd Paulus ſcribit de annis 430. elapſis & computatis, uſq; ad legis Moſaicæ promulgationem, & unde ducendi ſint, vidimus. Et his explicatis & enodatis ſummus ſcripturarum illarum quatuor concentus apparet.

Cæterùm rectè colligit D. Dunus Ioſephum ante patris deſcenſum in Aegypto fuiſſe 22. annos. Videamus autem qvomodo reliqvos octo deſideratos ſibi venetur. Inter ſeptimum annonæ vilis & interpretationem ſomnii temporis aliqvid interceſſiſſe credibile eſt ipſi: mihi verò non item, qvia credulitas illa neque Dei verbo expreſſo, neque conſeqventiæ ratione nititur. Sed contrà Ioſephus à Pharaone digreſſus annos natus 30. (tot enim habebat, qvum ante Pharaonem conſtitit) totam Aegyptum obiit, & illis ſeptem annis (quibus terra cumulatiſsimè tulit) totum Aegypti commeatum coëgit. Qvòd præterea D. Dunus ſeptennem famē in Aegyptò tardiùs adfuiſſe conjicit, qvia Ioſephus ipſis proſpexerit, & proptèrea etiam annos poſt primam ſeptimanam interponendos aliqvot dictitat (venia ſit veritati) futile eſt. Audiamus enim Ioſephum: Diſpice, Pharao, virum aliqvem ſcientem & peritū, qvem Aegypto præficias. Tum autem facito, ut conſtitutis annonæ curatoribus qvintas in Aegypto ſeptem proximis annis uberibus legas: qvibus annis tantus frumenti numerus tuo nomine cogatur, & in oppidis conditum ſervetur, ut in alterum ſeptennium ſufficiat, & Aegyptum futura fame pernicieq; defendat. Ad hæc qvia D. Dunus ignorat ex confeſſo, qvàm citò Iacobus cum ſuis iter poſt filiorum cum curribus reditum ingreſſus ſit: deſcenſum differre non debuit in alterum annum, videlicet famis tertium: Præſertim, qvum Pharao adventu fratrum Ioſephi delectatus Ioſephum invitàrit, ut fratres juberet incitatis jumētis in Chananæam contendere & aſſumpto patre atq; familiis ſuis ad ſe venire: dixeritq; ſeſe cum illis Aegyptia bona communicaturum, & regionis ubertatem ad alimenta conceſſurum. Tum hoc ei mandarit, ut illis Aegyptiorum vehiculorum copiam faceret, qvibus parvuli & mulieres veherentur, & impoſitus pater adduceretur: ſupellectilem ne morarentur: nam totius Aegypti bona in eorum poteſtate futura eſſe. Porrò etiam filii Iſraëlis paruiſſe

In gradum 11.

In gradum 12.

Gen. 41.

In gradum 13.

Gen. 41.

Gen. 45.

tiones fluminis arcerentur. Pyramidum etiam inſanis ſubſtructionibus vexabant gentem noſtram, cogendo varias artes ediſcere, & laboribus ferendis aſſveſcere. Atq; in hunc modum per 400. annos fuit laboratum, Aegyptiis id agentibus ut nimio labore Iſraëlitas perderent, noſtris contrà omnes difficultates eluctari conantibus. Hæc Ioſephus qvæ conveniunt cum oraculo Gen. 15. & complementi teſtimonio Act. 7. Illa autem ſuperius citata conveniunt cum loco *Exod. 12.* & ad *Galat. 3.*

Iam nunc tandem audiamus D. Dunum contra ſe pro nobis diſſerentem: Exiſtimabam me ſuſceptæ tractationis difficultates omnes jam ſuperaſſe, & maris hujus ſcopulos & ſyrtes prænavigaſſe, ſed alia reſtat difficultas longè maxima, & fortè inſuperabilis. Lyranus in *Exod. cap. 12.* cum aliis ſentiens theologis (omnes enim qvos hactenus legerim, uno excepto Zvinglio, tam veteres qvàm recentiores, negant filios Iſraël in Aegypto fuiſſe annis 400.) ſcribit verum non eſſe qvòd Iſraëlitæ manſerint in Aegypto per annos 430. & aſſertionis ſuæ fundamentum habet optimũ ex ſexto Exodi capita, ubi anni Levi & filii ejus & nepotis memorantur, ex qvibus numerum magnum colligi non poſſe docet. Qvare habitationi Agyptiacæ aſſignat annos illos 210. de qvibus hactenus multum diſputavimus. Lyranum & Ioſephum multi ſeqvuntur. Calvinus & Muſculus ex illo Exodi loco rationes ſuas petunt, ſicut reliqvi. Nihil enim aliud vel in ſacris literis, vel in theologorum ſcriptis video, qvod me jam dubium reddat. Calvinus tamẽ in cap. 7. Actorum aliter ſentiens qvàm in cap. 15. Gen. ſic ſcribit: Continuò poſt ſubjicit abductum iri aliò ſemen illud ut alienis ſerviat: Et qvantum temporis? per annos 400. Hæc D. Dunus, & qvidem rectè: Nam Iacobus genuit Levi, hic Caath, hic Amram, hic Moſem. Iacob vixit 147. Levi 137. Caath 133 Amram 137. Moſes 120. Caath cum patre Levi & avo Iacobo deſcendit in Ægyptũ. Faciamus ergo qvod Caath (non enim definitur in ſcriptura) annos tantũ duos natũs deſcenderit, legitur enim frater tertius minor deſcẽdiſſe: faciamus etiam qvod centenarius in Ægypto genuerit Amrã: Amram centenarius Moſem. Moſes, qvod certũ eſt, octogenarius Ægypto exceſsit. Tũ annos colligimus non plus 278. Qvid ergo ſe torqvet D. Dunus, & cœlitus ſibi mõſtrari petit extra verbũ Grad. 34.

ſcriptum , viam qva exeatur ex hoc qvem fingit labyrintho, qvum verbum propè nos ſit in manu noſtra , in ore noſtro? Qvod autem Zvinglium & Calvinum in ſuas partes advocare ſtudeat, non eſt. Loqvuntur enim illi cum ſcriptura, qvam explicavi hactenus.

TERMINVS V.

Ab exitu Iſraëlis ex Ægypto ad templi Salomonis fundationem annos fuiſſe 480.

Diſertè hoc exprimitur 1. Reg. 6. v. 1. Tum ex particularibus judicum annis conficitur ſumma hoc modo:

Moſes in deſerto præfuit	40.	*Act. 13. &c.*		
Ioſua in terra promiſſa	7.	*Ioſuæ 14.*		
Athniel	40.		*cap. 3.*	*v. 11.*
Ehud & Samgar	80.		*3.*	*30.*
Debora	40.		*5.*	*31.*
Gideon	40.		*8.*	*28.*
Abimelech	3.		*9.*	*22.*
Thola	23.		*10.*	*2.*
Iair	22.	*Iudicum*	*10.*	*3.*
Iephtah	6.		*12.*	*7.*
Ebzan	7.		*12.*	*9.*
Elom	10.		*12.*	*11.*
Abdon	8.		*12.*	*14.*
Simſon	20.		*16.*	*31.*
Heli	40.	*1. Sam. 4. v. 18.*		
Samuel & Saul	40.	*Act. 13. v. 21.*		
David	40.	*2. Sam. 5. v. 4.*		
Salomon	4.	*1. Reg. 6. v. 1.*		
facit	470.			

Deſiderantur anni 10. inter Ioſuam & Athnielem. Et certè Ioſuam annis 7. præfuiſſe ab ingreſſu in terram promiſſam conſtat ex relatione Calebi. Hic enim annos 40. natus fuit ſecundo anno ab egreſſu Aegyptio, & annos habens 85. colloqvutus.

tus eſt cum Ioſua. Unde efficitur Ioſuæ ſeptennis præfectura. An verò decennio ſeqventi, qvod vacat, idem Ioſua præſederit necnè, certò ſciri non poteſt ſcriptura reticente. Qvidam aſſcribunt ipſi non hoc tantum decennium, ſed & alterum, qvod deinde abrogant Eloni cum Euſebio ex *70.* interpretatione. Hebraica autem editio tradit Elonem præfuiſſe annis *10.* Ego vacans illud decennium Calebo potius aut totum aut maximam partem tribuerem, ita ut mortuus antè fuerit Ioſua. Ratio mea una eſt, qvod Calebus Axam filiam uxorem ei ſpondet qvi Ciriat Sepher ſuperaſſet atq; cepiſſet, & poſtea Athnieli ſucceſſori ſuperanti dat. Altera, qvòd Ioſuâ, ſenioribusq; Ioſuæ ſuperſtitibus (qvi tanta illa Domini erga Iſraëlitas facinora viderant) defunctis, Deus ſuis preſsis præſides ſuſcitaſſe dicitur, qvorum primus nominatim exprimitur Athniel.

Oritur & hîc controverſia ex loco Paulinæ concionis, qvem totum aſſcribam: Deus populi hujus Iſraël delegit patres noſtros, & populum in altum extulit, qvum eſſent incolæ in terra Aegypti, & brachio excelſo eduxit eos ex ea, & circiter qvadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto. Ac deletis gentibus ſeptem in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terram eorum. *καὶ μετὰ ταῦτα* annis circiter qvadringentis & qvinqvaginta dedit judices uſq; ad Samuelem prophetam. Et exinde poſtulaverunt regem, deditq; illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin annis qvadraginta. Et amoto illo ſuſcitavit illis David ut eſſet rex, &c. Hîc pleriq; omnes temporis præfecturæ judicum terminum à qvo diſtributam jam terram ſtatuunt. Annus hic eſt mundi 2500. Ioſuæ ſeptimus: unde ad Samuelem prophetam anni fuerunt 349. Propterea dicere non dubitant locum Pauli eſſe corruptum & pro *τετρακοσίοις* legendum *τριακοσίοις*. Scripturæ verò auctoritatem ita temerè & imprudenter elevari mihi vehementer diſplicet: & contrà ſentio Pauli numerum à Moſe uſq; colligendum. Duo ergo mihi probanda veniunt: videlicet Moſem etiam & Joſuam egiſſe judices, & qomodo terra jam diſtributa non ſit terminus à qvo. De primo: Moſem ab eductione judicem egiſſe conſtat etiam ex ipſiuſmet ad Jethronem ſocerum reſponſione: Convenit ad me (populus) ad ſciſci- Exod. 18.

Act. 13.

tandum oraculum. Si qvod eſt eis negotium, ad me veniunt: ego
eorum lites dijudico, divinaq́ inſtituta & leges aperio. Qvod autē
& antè fuerit judex, audiatur Stephanus: Et eruditus eſt Moſes o-
mni ſapientia Aegyptiorum & erat potens in factis & in dictis. Ut
verò expletum eſt ei qvadraginta annorum tempus, ſubiit in cor
ejus, ut inviſeret fratres ſuos filios Iſraël. Et qvum vidiſſet qven-
dam injuria affici, defendit eum & ultus eſt vicem ejus, qvi affige-
batur percuſſo Aegyptio. Exiſtimabat autem intelligere fratres
ſuos, qvod Deus per manum ipſius daret ſalutem illis. At illi non
intellexerunt. Et ſeqventi die conſpectus eſt illis litigantibus &
redegit eos in concordiam, dicens: Viri, fratres eſtis, cur vos in-
vicem læditis? Cæterum is qvi injuriam faciebat proximo, repu-
lit eum dicens: Quis te conſtituit principem ac judicem ſuper nos?
Deut. 34 Porrò Ioſuam Nunis filium præfuiſſe certū eſt, qvia plena afflato
ſapientia (nam Moſes ei manus impoſuerat) paruerunt Iſraëlitæ, fe-
ceruntq́ ut Moſi Iova præceperat. De ſecundo qvod attinet, in ea
ſum ſententia, qva ſupra in qvæſtione ad terminum 2. Et huc facit
ſtatus orationis. Qvia namq́ ſub utraq́ populi Dei gubernatio-
ne (ſub judicibus & regibus) tum contumaciam populi perpe-
tuam, tum beneficia Dei indefeſſa breviter perſtringit Apoſtolus,
in unam ſummam prioris politiæ tempus colligit. Eſt igitur qvæ-
ſtio in hoc membro præcipua qvàm diu: terminus à qvo, intel-
ligitur per ſe tempus qvo cœperunt judices, ad qvem, ubi deſie-
runt. Et certè qvid laboramus hîc adeò, qvum tam varia ſit τῦ
μετὰ ſignificatio, ut jam cū, jam ſecundum, jam poſt, jam διὰ, jam
ἐπὶ, jam εἰς, jam ἐν, &c. ſonet? Qvare hoc volo, qvod μετὰ ταῦτα
ſit: circa, ſive ſecundum, ſive per hæc tempora, nec indicare tam
velit Paulus, qvo tempore primū cœperint, qvàm judices qvàm-
diu præfuerint. Inſuper hoc obſervaſſe in Novo teſtamento mihi
videor, qvòd, ubi definitè & exactè terminus à qvo exprimitur,
ibi legatur ἀπὸ. Eſto, ais, videam tamen complementum. A Mo-
ſis anno qvadrageſimo ad Samuelem anni ſunt 436. deſiderātur
ergo 14. qvos ſine dubio Samuel egit ad creatum primum regem.
Neq́ tamen etiam de tam paucis annis anxia cura nos habeat, præ-
ſertim qvum addita particula ὡς tempus exactum non admittat.

TER

TERMINVS VI.

A templi fundatione ad deſtructionem annos eſſe 440 colligitur ſic.

A fundatione Salomon regnavit	36.
Rehabeam contra Ieroboam	17
Abias à decimoſeptimo Ieroboami	3.
Aſſa à vigeſimo ad quartum Ahabi	41.
Ioſaphat ad quartum Iorami Iſraëlis, ubi regnare ipſo vivo cœpit filius	21.
Ioram Iudæ	8.
quo vivo maximam anni ſui partem regnavit Abaſia. ideoq; nihil facit	
Athalia contra ſex Iehu	6.
Ioas uſq; ad ſecundum Ioæ Iſraëlis, ubi vivus ſucceſſorem habuit Amaziam	37.
Amazias ad decimum quintum Ieroboami	29.
Inter regnum à 15. ad 27. ubi regno potitus Azaria ſive Uzias	11.
Azaria ad ſecundum Pekæ, ubi regnum ingreſſus. Iotham	52.
Iotham ad 17. Pekæ, quandò ſucceſſit Ahas	16.
Ahas uſq; ad tertium Hoſeæ tributarii, quo ſucceſſit Hiskias	14
Hiskias	29.
Manaſſes computatis 10. quibus filius captivo patre ſecundum Philonem egit proregem	65.
Amon à patre	2
Ioſias	31
Iojakim	11.
Zidekia uſq; ad 19. Nebucadnezaris M.	11.
facit	440.

Tod-

Totidem computat Philo, licet diverſa ratione. Siqvid in hoc termino minus lectori placeat, differat oro judicium ad Ocularem Chronologiæ meæ demonſtrationem, quàm precibus & labore inveni, & ubi hortator idoneus & induſtrius impreſſor obtulerit ſeſe, fratribus Chriſtianis communicabo.

TERMINVS VII.

Deſolationem Hieroſolymæ fuiſſe annorum 70.

Ierem. 25. & 29. Daniel. 9. Baruch 6. 2. *Paral.* 36. 1. Eſd. 1. &c. Deſtructio, de qva Ph. Melanchthon in Danielem teſtatur veteres ſcripſiſſe, qvod facta ſit Olympiade 47. in eandem mihi incidit: & fuit is annus regni Nebucadnezaris M. decimus nonus Jerem. 52. à qvo tempore regnavit deinceps annos 26. nam in univerſum regnavit quadraginta qvinq;. Evilmerodach ſuccedens 30. Hujus filius primus Reg. Aſſar 3. ſecundus filius Lab-AſſarDach 6. tertius filius BaltAſſar 5. ſecundùm Metaſthenem Perſam. facit———70.

TERMINVS IIX.

A liberatione Babylonica ad initium hebdomadum Danielis annos eſſe 50.

TERMINVS IX.

Hebdomades Danielis cum ſuis jubilæis ad Chriſtum baptizatum ab eo tempore numerandas, ut ſint annorum 500.

Liberatio Babylonica facta eſt jubilæo decimo nono, hoc eſt, anno mundi 3493. Cyri 1. ab ingreſſu verò terræ promiſſæ, unde

jubilæo.

jubilæorum computatio facienda, 950. A liberatione intra ſeptem ſeptimanas (qvæ mihi Danielis ſeptuaginta typus ſunt) perficitur domus domini: tum celebratur jubilæus vigeſimus anno ab ingreſſu in promiſſam terram 1000. Darii Longimani 6. Zorobabelis ducis Iudæ à liberatione 50. mundi verò 3493. facit—50. Deinde initio ſeptimanæ proximæ, qvod Darii Longimani ſeptimus erat annus, exit verbum de reditu & recolenda Hieroſolyma 1. *Eſd.* 7. unde ad ſanctiſsimum unctum hebdomades 70. qvæ cum ſuis decem jubilæis faciunt annos 500. Tum vaticinium *Eſaiæ* 61. de jubilæo prædicando completum teſtatur ipſe Chriſtus *Luc.* 4. Iubilæus is erat, cujus præcedentes typus erant, trigeſimus, annus ab ingreſſu 1500. mundi verò 3993. *Tiberii* 15. Prima poſt exædificatam ædem hebdomas, in qva verbum egreſſum eſt de reſtituenda Hieroſolyma, fuit typus iſtius qva verbum Domini egreſſum eſt de Hieruſalē, dimidiata nimirum ante paſsionem ad populum Iſraël, dimidiata altera poſt maceriam dirutam etiam ad gentes. Ab illa hebdomades ſunt 7. & 62. ad Chriſtum ducem: una ſeqvente ad annum usq; mundi 4000. fœdus multis de reſtituenda cœleſti Hieroſolyma confirmatur, & in ejus medio, videlicet anno Chriſti 34. mundi 3997. ſacrificia irrita facta ſunt, poſtqvam Chriſtus in ara crucis oblato ſuo corpore *conſummatum* eſt proclamavit. Hujus unius hebdomadis typus etiam fuit Ioſuæ ſeptennium, intra qvod ille inter duodecim tribus terram promiſſam ſorte diſtribuit.

Unum in hebdomadum ſupputatione (ut multa taceam, & jubilæorum inprimis contra expreſſum in Moſe mandatum omiſſionem) non poſſum non notare: errare eos qvi terminum à qvo in anno 20. Darii Artaxerxis conſtituunt. Parit autem hunc errorem error in perſona. Non enim iſte Darius Artaxerxes (qvæ dignitatis nomina ſunt) eſt Longimanus ille qvem volunt & ſuſpicantur, ſed Mnemon, ſub qvo teſte Nehemia & Philone vixit Eliaſib pontifex, & primus poſuit portam gregis. Differentia verò anni vigeſimi, Longimani à vigeſimo Mnemonis eſt annorum 56. qvos in computatione jam amittent.

Termini in agro ſacro jam nobis hærent fixi: firmentur etiam termini per regnum Aſſyriæ.

Annos à ſalute ab aqvis eſſe *130.* docet Beroſus Chaldæus, Metaſthenes Perſa, Mnaſeas Phœnix Damaſcenus & Archilochus: videlicet ad Nimrodum cognamento Saturnum Aſſyrii regni conditorem. Regnatum eſſe in regno Aſſyrio ad dichotomiam poſt Sardanapalum factam per duodeqvadraginta reges annis *1353.* docetur ex Beroſo, Metaſthene, Cteſia, Diodoro Siculo, &c.

In bipartito Aſſyrio regno regnatum eſt utrinqve annis *304.* teſte Metaſthene. A BalAſſare interfecto ſive liberatione Babylonica ſupra computationis ratio inducta eſt.

Probentur deniq; termini per regna Trojanum, Latinum & Romanum.

Trojanum regnum incepiſſe à diluvio elapſis annis *828.* teſtatur Archilochus ex Mnaſea. Idem comprobat Beroſus ubi dicit, qvod Ato donarit Dardanum parte agri Meonici, & ita regnum Trojanum cœperit anno ultimo Aſcatadis regis Aſſyriorum. Incidit enim ultimus ille Aſcatadis finitus in annum à diluvio *828.* Stetit Trojanum regnum teſte Archilocho ſub regibus ſex: ſub Dardano annis *31.* Erictonio *75.* Troë *60.* Ilo *55.* Laomedonte *36.* Priamo *40.* ——*facit 297.*

Ab excidio Trojæ ad Romam conditam annos eſſe *431.* Dionyſius Halicarnaſſeus ter expreſsè dicit: nec ſingulorum in Latino regno regum computatio qvicqvam abrogat. Nec diſſentit Manetho qvi Aſcanium anno dynaſtiæ ſine Larthe in Aegypto, ſeptimo regnum iniiſſe ſcribit, qvi erat ab Excidio octavus.

Deniq;

Deniq; Chriſtum anno Romæ conditæ 781. baptiſatum, nemini (qvod ſciam) hactenus in dubium eſt vocatum.

VENI DOMINE, IESU, VENI, ETIAM, VENI BREVI, ETIAM. Domini noſtri Ieſu Chriſti gratia adſit nobis omnibus: AMEN.

FINIS.

W

BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA